calide et sicce ratione quarum est amarum

Vel secundum Galenum quinto simplicium non est aliquid

frigidum saporem quod fit puri saporis

sentitur tamen sapor amarus de opio quod inter

omnes magis imprimit in gustu uidetur

uidemus quod ualde modicum de amaro

permixtum cum melle sine cum aqua mel-

lita totum reddit amarum. Sic possumus

imaginari in proposito et ex hoc conuenit quod

aliqua sunt dulcia in gustu et tamen sunt

mortifera sicut forte elleborus et radix

titute et napellus. Hec ergo ad presens sufficiant

de saporis diffinitione distinctione generatione

et sufficientia operationibus et quarto. Capitulum 3m

de operibus saporum dictorum de corporibus nostris

De quibus dicitur restat prosequi ut ere

nullus aut sapor est ita quod nos

nutriat nisi dulcis unctuosus et insipi-

dus inter quos dulcis est principalior. Omnia

enim que nutriunt nutriunt dulci sapore

uel commixto ut ostendit aristoteles de libro

de sensu et sensato. Et Galenus quarto simplicium

Et quando sapor magis distat a

dulci minus est nutritiuus et longius

ab amaro deinde acutus deinde salsus

postea ponticus postea stipticus postea acetosus

Sapor enim ponticus acetosus stipticus

magis appropinquat dulci quam amarus

acutus et salsus nam ex pontico et stiptico

peruenitur ad maturationem digestionis ad dulce. Sed ex

amaro et acuto mixtim numquam peruenitur

ad dulce. Si ergo pontici comedantur per uiam

digestionis peruenitur ad dulcem et si amara

numquam in amara non sic faciliter ad dulcedinem

conuertuntur. Sed non ergo dicitur quod omne nutrimentum

dulci uel similiter uel commixto uerum dulci

secundum actum uel secundum potentiam. Unde si fructus est

ponticus secundum actum licet tamen dulcedinem potentia

pugnant uel potest dici quod quamuis ponticus et

stipticus licet insunt aliquando partes dulces licet

non proprie ad sensum. Quamuis enim fructus

nutriens possit esse non dulce immo forsan

amarum tamen nutriens in uia et actu nutritus

dementitur est dulce. Vnde salus indicio

saniori puto quod tales sapores possunt stare

re nutrientis non enim est eadem proportio mixti

illud que admittitur uere et saporem possent

ergo est quod magis sit proportio qualitatis que

est causa saporis et amari et alia proportio

mixti illud que est causa nutritionis corrumpetur

ergo proportio qualitatis que est causa amari saporis

per uiam digestionis et remanebit proportio

mixti illud que est causa nutritionis sicut proportio

per quam napellus est uenenum et corpus

peremptiuus corrumpi potest remanente proportione

per quam est nutritiuus et per hunc modum amarum

efficitur dulce. Et hinc patet quod secundum nutritiuum

potest esse amarum quod proportio per quam est

aliquid amarum frangitur forte per uiam

digestionis corrumpetur. Et proportio prima

fortis et magis se tenens ex parte materie

remanebit per quam nutritio fieri potest. Possibile

ergo est per quam uia saporem amarum esse

in re nutriente. Impossibile est etiam quod sit in

re non nutriente. Unde fuligo amara est

et nutrire non potest non enim licet leuiorem et

humidiorem sufficientiorem ut in sanguinem conuertatur

Sed possibile est saporem amarum esse in re habente

sufficientiorem humiditatem admixtam sicut patet

in amigdalis amaris et in multis fructibus

qui in principio sunt amari et si comedantur

hnt hmtez suffitatez ut v sanguez gustatur
et sic intelligitur in aliis saporibus. Sapor
enim amarus magis est ineptus nutrimenti
sed ergo sapor amarus pt fac tunc re nut
ente multo magis et alii sapores poterunt
in rebus nutrientibus et nutrire potentibus
inveniri. Sapor autem tamen sit quedam qualitas
non facit ad nutritionem per se sed per accidens magis
quia nutrimentum fit adveniente corporeo capa
enim sapor ad nutritionem quia enim melius sapit
tanto maiori delectatione suscipitur et retinetur
et melius et citius digeritur. cor enim que
corpus sana quod melius sapit melius nutrit
ut apparet in primo alimentorum. Et idem dicit ipse
2o afforismorum afforismo illo parum deterior etc.
Sapor etsi licet non nutriat tamen arguit nutri
menta nam per sapores arguimus sicut rei complexionem
nam sapor est sequela complexionis. Et quando sapo
res sunt significationes temperantie et alii sunt
significationes distemperantie in tantum vel in
sic et hinc patet quod ex sapore arguitur malicia
et bonitas nutrimenti. Sapor amarus ex
necessitate arguit nutrimentum non esse bonum et inter
de aliis saporibus multum lapsus. Sapor autem
dulcis et unctuosus ex necessitate arguunt tempera
mentum et pinguis bonitatem nutrimenti contra
est excepte sunt. licet possibile sit saporem dul
cem reperiri in re pessimi nutrimenti. Sapor
enim dulcis reperitur in napello ut dicunt quidam
reperitur etiam in radice titute et mespilam quidem
tamen sunt mali nutrimenti. Gustus autem tamen sint
secundum sanitatem non eligunt super dulcem. Homines
ergo gustum sanum melius digerunt dul
cia cibos. sed homines stomachum non sanum et
appetitum prostratum in dulcibus et unctuosis
melius digerunt acuta salsa et acetosa
quam dulcia et unctuosa. Et talibus hominibus
non est bonum uti dulcibus et unctuosis
Et ergo sufficiat de operationibus saporis generali
et via nutrimenti Capitulum secundum de insipido in speciali

Nunc restat dicere de operationibus singulis
saporis in speciali et primo de insipido
dicitur autem sapor insipidus abusive et
improprie. Non enim dicitur insipidus quia sit
sine sapore quia non potest esse sapor sine
sapore. non ergo dicit insipidum privationem
saporis sed per insipidum intelligimus
saporem ac ultimum et in maiori sicut

patet in cucurbitis et melonibus et fucis et
quibusdam pomis. Hic autem sapor multum
est propinquus sapori dulci. Omnia quoque insipido
iuncta perveniunt ad dulcem sicut patet hinc in
grano ordei et frumenti et faba ciceris et similibus
que in eorum origine sunt insipida deinde
pulciorem actionem calidi ad dulcedinem
conducuntur. videmus enim in eadem arbore quod
fructus sufficiens est dulcis. Fructus vero minores
inferiores arboris est insipidus. Et tamen isti
fructus sunt valde propinqui in natura complete
et operationes. Hinc ergo patet quod sapor
insipidus propinquus est sapori dulci. In sa
pore tamen insipido est plus de humido et
minus de calido et eius humidum est minus gressum
et minus digestum quam in dulci. Res ergo
insipide communiter sunt magis aquee quam dulces
et minus digeste. Et minus calide et tantum partibus
nutrimento minus conveniunt. Et hic sapor post
unctuosum et dulcem est magis conveniens
nutrimento. Hic sapor insipidus possit inveniri
in rebus mali nutrimenti sicut patet de fungis
et de melonibus et multis fructibus insipidis
non est ergo bona consequentia sapor bonus et temperatus
est in re ergo res est boni nutrimenti. multe
enim sunt boni saporis et delectabiles que tamen
sunt mali nutrimenti. nam sapor et nutrimentum
non dependent ab eodem ut superius dictum
sunt. Omnes ergo fungi sunt boni saporis
et delectabiles tamen communiter sunt mali nutrimenti
plus enim requiritur ad bonum nutrimentum quam
bonus sapor. Sapor autem malus in re
sanitatis et uniformiter in singulis partibus ex
necessitate arguit maliciam nutrimenti et mali
tiam sanguinis ex qua debet generari et difficul
tatem digestionis et conversionis in membris
et superfluitates multitudines omnis non sit talibus
ita malus quia si nulla preter ducetur propter
secundum aliquid sui dare possit bonum nutrimentum
et de primo superius meminit me dixisse. Res
autem insipide non multum expetunt via me
dicine eo quod sunt temperata propinqua et parum
habent virtutis. Sed propter paucitatem medicaminis insipidas
reperimus. In herbis autem quibus utimur via
cibi multa reperiuntur insipida quia
dulcedinem propter temperatam humiditatem. insipida
que sunt humida habent quamdam non

bus digesta sunt humectatiua et leniitiua
et venarum apertiua. Et si ventrem debent
patientis fluxum sunt ventris constrictiua
et si venas inveniunt apertas apertionem sunt
apertiua et urine provocatiua. Et si ventrem
inveniunt patientis stipticitati et venas aptas
opilationi tunc ventrem non constringunt nec ve-
nas aperiunt sed inflationem et ventositatem et
rugitum generant in stomacho et intestinis. Et si
forte administratur cum aliquo apertiuo venas
aperiunt et cum aliquo constrictiuo ventrem con-
stringunt. In quibusdam ergo corporibus et naturis me-
liores urinam provocant et in quibusdam ventrem
constringunt. In aliis rugitum et inflationem
causant secundum quod alter et alter corporum inveniuntur
preparata et sic eadem res significatur appetibilis
et leniitiua non quidem propter diversitatem rei que
administratur sed propter corporis diversitatem cui res
administratur. Et ex hoc contingit quod si aliqua
res sit stiptica quod diversis corporibus quandoque una
est stiptica et alia leniitiua si administretur
corpori naturaliter stiptico. Contingit res administrata
stiptica effici et stipticitati indicabitur et ergo
si administretur corpori naturaliter labili fluxui
ventris preparato efficitur ventris stipticissima
duabus enim causis obviantibus una [illegible]
est duabus [illegible] contrariam una vero prostratas
[illegible] si corpus sit naturaliter stipticum caules exhi-
biti stipticitabunt naturam causa cuius est quod decoctio
sua sit lubrica et stiptica. Et sicut dictum
est de caule ita de multis aliis. Et quia
stipticitatem et ventrem lenire sit oportet gene-
re in corpore fiat motus agitationis et corrumpi-
natus bonum est quod corpus corpulentum et brodium
non simul exhibeantur. Sed vel corpus decoctum
vel brodium, et brodium prius sine substantia si
volumus laxare vel corpus corpulentum sine
brodio si volumus ventrem restringere debet
exhiberi. Capitulum tertium de unctuosis rebus.

In quo plus dominatur humiditas aerea
quam in insipido et in eo minus dominatur
humiditas aquea. Unde videmus quod unctuosa
prius supernatant in aqua. Substantia saporis
unctuosi in qua ipse fundatur est subtilior
quam substantia in qua fundatur insipidus et dulcis.
Et ideo puto quod sit medius inter quam
substantia in qua fundatur dulcedo et insipi-
ditas ceteris corporibus. Et nota [illegible] ceteris
ribus quam sit eorum bone quod est aliquid unctuosum
quod est maioris nutrimenti aliquo dulci. Unde re-
sunt unctuosa est lenificatiua humectatiua et lu-
brificatiua et prout dulcis diminuta digestio. Dulce
ergo est magis dignum et magis calidum et magis
grossum et magis nutritiuum ceteris rebus. Unctuosum
ergo villos stomachi mollificat et fluxum ventris
facit et appetitum prosternit. In calidis ergo
appetitum bonum competit unctuosis. In calidis
autem appetitum sed defectuosum illorum sunt
exhibenda et quia sunt inflamabilia et precipue
in febribus et in calidis stomachum et epar calida
In talibus ergo corporibus unctuosa non sunt
adhibenda nisi vita tibi vel vita michi. Hec
Unctuosum ergo corporibus siccum humectat et ventrem
lenit et fleuma auget et cogitationem ebetatam
reddit et auget sompnum etc. Patet de quibus
casibus debemus uti unctuosis. Capitulum quintum de
dulci rebus.

Dulcis sapor inter omnes sapores dulci etc.
[illegible] est gratior autem totius. Septimum est enim quod
omnia nutriuntur dulci simpliciter vel commixto.
Sicut enim dulcedo est maxime gustui proportionalis
quod gustus cum fuit secundum sanitatem non exigit
sapores super dulcem. Dulce enim mundificat
et quod lavat nocumentum gustus. Et ipsum
dulce maxime conueniens est nature subtilis et expers
saporis in gustu seu in lingua et in aliis
membris ut hoc exprimit [illegible] secundum. Et
ideo res dulcis est maxime vicina sanguini qui
est nutrimentum membrorum. Dulce ergo mundificat
et lavat nocumentum gustus et ventrem parte
humectat. Dulce ergo stomacho et
in digestione [illegible] et intestinis veloci [illegible]
vadit nam dulcia cito satis digeruntur et a stomacho
et intestinis velociter expelluntur. Et quod dulce
ad venas penetret et ventrem non constringat
est causa quod sic membra dulce appetunt
naturaliter et ideo velociter ad se trahunt et dulce
venas aperit et ventrem non constringit. Si enim
membra alia non concupiscerent dulcia nec
ipsa attraherent [illegible] ventris ad [illegible]
per [illegible] propter eius virtute collatam et
lubricatam. Cum ergo membra alterat quod eius
[illegible] et dulce est maxime [illegible] quod
quod omnium saporum dulce est magis et melius
nutritiuum maxime attrahitur quod est dulce et
comparatio est superfluitatum et pars eorum
relinquitur in visceribus et per hanc viam ventrem

no lubricat ut liquefaciat Quando autem cu
hmgi re dulci e grossities sbe tur imtio
e fortis et magis adherens et dissolvitur
tardius et tardius digeritur Si aut hoc
dulcia sint viscosa tunc velocius asto de
scendunt nam in talibus est lubricitas
quedam et humgi dulce tunc advenas
penetret tarde digeritur et opilacionem cat
et impinguedinem generatur et se gnat diu
nas et hoc maxime contingit corpus compositis
dulcibus compassatur et melle et oleo ungi
sunt zuple et silua et de uino talium dul
tum sunt dactili et forte ficus mel aut
quod est dulcius omni re licet colatam et mdi
ficatam a res grosse et viscose humidis licet
si opto et intestino eadem evadendo percessio
subducit licet est mel apud aliquos cauus
uene cum venas aperit et id mel si vires
corporis inveniunt preparatas ad ventris sub
ductionem et levatores et vires debiles ad me
brorum nutricionem erit tam subductor ventris
et eius potius esse tam constrictor ventris
sequitur mel inveniunt vires corporis fortes
adiuvando et debiles ad expellendum non
e ergo mirum si mel in quibusdam corporibus
e ventris subductivum et in quibusdam ventris
constrictivum et in quibusdam e sanum et in
quibusdam confusum Frequens aut usus rei
dulcis non e quibus sanguineis et colericis
et febricitantibus nam contingit frequenti usu
multiplicari colera in et sanguinis corporibus
generantur contingunt colice et sangwinee
et feces contingit opilaciones epatis et splenis
et cordis apam et sparsi si membra sint
ad hoc disposita et parata Interdum ducit
ventrem ad fluxum et mollificat et
debilitat stomachum corporis tamen impinguat et
pinia augmentat Capitulum 7m de acetoso

De quo dicitur e idem in omni ac ace
tosa infrigdato non e vehemens nam
vehemens infra in rebus mixtis non stat
cum subtilitate sbe Sapor aut acetosus
fundatur in sba subtili propter que acetosa
ttis ptibus fuit minus fria quam stiptica
et pontica Sunt est magis digeri et
sapori dulci propinqua nam prima digestiones
ex pontico sit acetosum et ex acetoso dulce
nam fructus multi sunt pontici per viam

digestionis efficiuntur acetosi et demum efficiuntur
dulces Sapor ergo acetosus e minoris friis
et minoris subtilitatis pontico et stipticus Et
quia acetosa sunt fria reprimunt colera
et sanguinem Ideo colericis et sanguineis ace
tosa sunt convenientia et magis quam melius
et flaca Item acetosa est facilius digeruntur
quam pontica tum quia subtilioris in sba tum
quia minus fria tum quia corpus humidus e magis
digestum nutrimentum ergo ponticorum et stipticorum
e fortis et tardius dissolvitur Et licet
pontica sunt fricora acetosis tamen frigiditates
acetosi adpenetrant in interiores et longius se
extendunt propter sbe subtilitatem et vitem aperitivam
que reperitur in rebus acetosis acetosa igitur
sunt aperitiva incisiva tum infrigidativa Grecia
aut salsa et amara sunt aperitiva incisiva
tum calefactiva In ma ergo grossa viscosa
et fria non competunt acetosa pure sed magis
acuta amara Sed in ma calida subtili
et grossa competunt acetosa si invenerint
stomachum occupatum humoribus grossis et viscosis
ut est subtilibus et colericis ventrem leniunt
et subducunt Et si stomachum inveniat vacuum
et purum humoribus non infertum ventrem
constringunt et intestina feces desiccant
Acetosa aut nocent nervis et membris
nervosis quia sunt frigida Et hoc debilitat
digestionem appetitum confortat colera reprimunt
putrefactioni resistunt et hoc epidimiis et
aeris pestilencie coplimunt Capitulum 8m de
Ponticus aut e pontico et stiptico
magis tercius quam acetosum et magis
frm et grossioris sbe et difficilis digestionis
Et sic nutrit de stiptico Isti enim duo sapo
res multum propinqui sunt tamen dicitur quia
ponticum e magis indigestum et minus terreum
et minus humidum et ideo e minus digestum
Quando aut ponticum pati a calido ulla
humiditate addita tunc tunc ex pontico fit
dulce sicut patet in glandibus vel castaneis
que decoquuntur in igne Sed quando ex pontico
additur humiditas sine calido tunc ex pontico
fit stipticum sicut patet in glandibus et ca
staneis quando remolliuntur in aqua
Si aut humiditas que additur fit aquea
subtilis ex pontica tabit acetosum Si aut

potiua circa do paciantur digeret et addi-
tamen aque bene digestum tunc ex potiuo
efficitur dulce sed si id liquidum sit acu tunc
ex potiuo efficacior virtuosius. Et si ex appo-
sitiuo fit stipticum per additionem liquidi sic etiam
non est remotum quod ex stiptico possit fieri
potiuum per diminutionem liquidi. Et licet sic per
accidens fieri possit tamen hoc non est secundum nature
cursum quia natura semper procedit de imperfecto ad perfectum
unit autem sapor potiuus est imperfectior
et natura incipit a potiuo et tendit ad
stipticum non econverso natura liquidi stiptico est magis
digestum quam in potiuo. Et sicud dictum est
de potiuo et stiptico sic intelligendum est de illis sa-
poribus qui ex potiuo trahunt originem
natura secundum cursum nec ponticum non generatur
ex saporibus aliis licet econverso possit evenire.
In corporibus autem vivis ex omnibus generatur
dulce et non econverso bene in corpore vivo
natura regulante operante ex dulci non
generantur sapores alii licet natura preter regulam
operante ex dulci possit colera generari
que amara est et in talibus est natura conditi-
onis pulcra. Sed non oportet tractandi
utrum huiusmodi materie huiusmodi autem potiua
et stiptica sunt corporum desiccativa et constrip-
tiva et partium retentiva et difficilis
digestionis et sunt venarum opilativa. Huiusmodi
autem potiua et stiptica sunt ventris re-
strictiva si sumantur in principio cibi et precipue
si venter sit stiptice passus. Nam si huiusmodi
stiptica sumantur post alios cibos non stipti-
cabunt ventrem sed ipsum conducent et precipue si
stomachus sit lubrice passus. Et de isto nobis
potest exemplum de rethore qui comedebat
stiptica in principio et eius venter causa stipticitatis
et tunc in fine comederet eius venter for-
tissime laxabatur. Quidam autem existens
stomachi debilis et expertus patiens ad vomitum
et debilem continentiam stomachi comedat in
principio cibi stiptica confortativa virtutis
contentive stomachi in parte non magna et in
fine cibi stiptica nullo modo comedat nam
stiptica in fine stomachum corrugat sicud
telo corrugat [illegible] propria [illegible]
compressionis et expressionis. Et etiam velocius

de stomacho et precipue cum continua sit et multum
debilis et in tali casu stiptica post alios cibos
nullo modo sunt sumenda. Si igitur aliquis sumpserit
medicinam laxativam cuius mora in stomacho sit
maior et longior ut appetat et tor-
siones et dolores inducat et tarde eius
effectus tunc sumere huiusmodi potiua et stiptica
est valde conveniens quia hec virtus expulsiva
confortabitur et malicia medicine minuitur et opus
medicine accelerabitur et medicina ad inferiora
intestinorum deponitur et hoc expertus sum ego
in quodam iuvene qui sumpserat medicinam cuius
operatio tardabatur et dolor plurimum augebatur
cui tunc iubet [illegible] quod huiusmodi potiua
stiptica sequente magna ventris solutione et
bene [illegible] quod huiusmodi pontica exhibita post
huiusmodi medicinam accelerabunt opus medicine et
hoc non fuit nisi propter virtutem [illegible] constrictionis
compressionis bene cum stomachus quod aliquid medi-
cine quod comprimendo evacuat et huiusmodi
pontica possunt accelerare de stomacho ciborum

Capitulum 9m de sapore acuto amaro et salso

De istis tribus saporibus tractandum est [illegible]
hii enim sapores magis distant a nutrimento
meliori omnibus aliis saporibus [illegible]
cius est minus de huiusmodi quam in aliis saporibus
plus autem distat a sapore dulci quam alii.
Ex potiuo enim et stiptico et acetoso fit sa-
por dulcis propter virtutem digestivam in fructibus et
[illegible] virtute solis et caloris [illegible]
non fit autem ex salso amaro aut acuto
sapor dulcis sapor dulcis. Isti enim tres
sapores plus distant ceteris aliis a ratione nutrimenti.
Si autem hos tres sapores inbuere comparemus
sapor amarus magis distat a nutrimento ceteris
quibus est enim ceteris [illegible] magis privatus
et in quo magis gustus contristatur et magis
opponitur dulci ut superius dicebatur. Gustus enim
in rebus amaris non delectatur sicud in salsis
et acutis. Hoc autem non obstante aliqua amara
sunt melius et plus nutriunt aliquibus salsis
et acutis sed hoc est propter aliam causam et non
ratione saporis. Possibile enim est quod sapor amarus
sit in materia magis apta nutritioni quam sapor
salsus quam acutus licet hoc non sit regulariter.
Ceteris enim paribus sapor amarus minus habet
de nutrimento. Unde ubi videmus plura salsa
et acuta nutrire corpus magis quam amara
acutus enim sapor maioris est caliditatis

quia salsus et amarus et maioris subtilitatis. Sapor enim salsus est minoris caliditatis quam amarus et maioris humiditatis partibus. In puritate et substantia est minus terrestris licet terrestre quod est de salso sit grossius terrestri quod est in amaro ut superius dictum est. In acuto autem sapore minus est terreo quam in amaro et salso et plus de igneo. Acutus autem amaritudine salsus et acutus putrefactive dictum est superius. Operatio autem salsi est abstergere lavare corrugare et prohibere putrefactionem. Lenibus etiam operatio est dictis lenire virtutem conpulsivam incitando. Et licet finaliter sic superius dictum et porus claudere ut superius dictum est, tamen prima eius operatio est abstergere subtiliare et virtutem compulsivam incitare et propter hoc etiam huiusmodi salsa non obstante quod sint contraria aliquando stipticitatis ventrem laxant et de fecibus mundificant. Tempore alia causa est quia huiusmodi salsa partis [illegible] et natura abhorret quia partis cibus attrahitur ad venas et sunt sic multitudo superfluitatis et pauci nutrimenti et multum de cibis remanet in visceribus quod contraria natura citissime eiicitur. Huiusmodi autem contrarium evenit de dulcibus et unctuosis quia sunt lubrica et humida et lenitiva et huiusmodi ratione ventrem leniunt sed quia natura in eis delectatur et ea diligit contraria retinet et attractiva attrahit et paucitas sunt superfluitatis et sic non leniunt ventrem et hoc memini me dixisse superius de sapore dulci. Hic autem sapor salsus propinquior est sapori amaro et non differunt nisi in re una et est quod ratione amari saporis subtiliat plus caliditas, propter autem salsi est terreum, hoc grossius habet autem auctoritates superius oppositi. Sapor enim amarus fundatur in substantia magis terrestri et huiusmodi minus humida sed eius terrestre est subtilius et magis incineratum. Operatio amari est abstersio et consumptio aqualis incisio et magna caloris factio et desiccatio. Amari autem vermes et [illegible] et famem mundificat. Acuta autem istis partibus sunt minoris caliditatis et maioris incisionis quam amara. Operatio enim acuti est incisio resolutio putrefactio et corrosio. Nam acutus est grossior substantia est corrosivus adustivus et putrefactivus et est subtilior substantia est resolutivus aperitivus

et comedentibus est incisivus. Amarus autem et acutus simpliciter nocent stomacho licet acutus plus noceat quam amarus. Sed quod isti sapores opponuntur eis stipticus sapor non ledit stomachum. Quod autem sapor amarus coniungitur stiptico tunc multum est contra ulceribus consolidandis et membris confortandis. Quando autem sapor ponticus et stipticus coniunguntur cum dulci insipido vel unctuoso conveniens est generationi carnis. Quando autem paucus sapor coniungitur cum acetoso iuvat ad mastica[illegible] et cum sapor stipticus iungitur acetoso prohibet menstruatorum. Unde agresta quod est acetosum potius minus instat quam acetum, contrarium enim agresta fortior sit quam acetum. Tamen inspectio aceti est profundior et ad maiorem distantiam se extendit propter sue substantie subtilitatem et propter acuitatem subtilius penetrat propter quod acetum est penetrativum et aperitivum. In instantione ergo propter remotiorem acetum est quam quod agresta, sed in [illegible] propter principium agresta est fortior et de hac materia memini me dixisse cum agresta et aceto supra loquebar. Et est notandum quod in eadem re potest esse diversi sapores duobus modis. Uno modo ratione diversitatis partium in quibus fundantur sapores diversi quia huiusmodi res non est totaliter homogenea sed diversitatem in partibus quae sufficit ad saporis diversitatem sic ut in [illegible] cuius est sapor insipidus in partibus extralibus et ideo cum dicitur cruda amaritudo indicatur, tamen autem elixatur amaritudo decoctione mutatur et sic etiam in coriandro secundum eius diversas partes sunt diversi sapores et sic in cucurbita et multis aliis ut caules lentes in quibus sapor [illegible] seu salsus et stipticus reperitur secundum eas diversas partes. Intendo huiusmodi partes separat decoctio et separatio ut de coriandro cum dicitur caules et lentes. Intendo etiam decoctio et separatio quibus separari non potest sicut forte in cucurbita et agresta sunt sapores diversi scilicet amarus dulcis et stipticus cum non potest ab invicem separari. Secundo potest in eadem re esse diversi sapores non propter diversitatem sed propter digestionem et corruptionem et alterationem vel antiquitatem sicut mel dulce per temporis antiquitatem recipit quandam acuitatem et in eo causatur sapor mixtus

compositi et acutus et tunc isti sapores sunt
in eadem parte. Sicut contingit per alterationem a calido
ignea et plures modos quam sit constrictus deposito
ito in dulcem per viam digestionis similiter est
dulce et ponticum et secundum eandem partem sed non
in primo esse sed esse infractus sicut colores
commixti reperiuntur in mediis scilicet in vitro et in
esse infracto et ligato etc. Et per eandem viam
sapor ponticus et acetosus poterunt inbibere
seu sapor medius inter ponticum et acetosum
inter hos autem sapores nulla doctor seu parato
distinguere potest ut considerati mihi est. Et hoc
tamen duobus modis in eadem re possunt esse
diversi sapores sicut patet ad litteram. Et quarto
et haec brevia de saporibus dicta sufficiant.

Capitulum decimum de odoribus etc.

Quando enim sapor est passio facta humido
in meatu sicco calido celesti et elementali co-
operante gustum immutativa secundum ipsum sic odor
est passio seu qualitas secunda causata a sicco
ab humido calido cooperante secundum potentiam in-
immutativam odoratus. Unde sicut sapor fundatur
in re saporali magis in ratione humidi sic
odor in re odorali magis ratione sicci. Unde
tenuis quod sicut sapor est humidi sic odor
sicci. Unde res humide magis sunt saporabiles
et res sicce magis sunt odorabiles. Eadem
ergo res ratione humiditatis est saporabilis et apta ad
organum odoratus ratione siccitatis. Non est intelligendum
quod odor fundetur in puro sicco elementari sed
in sicco bene proportionato ipsi humido sed odor
sequitur id in mixto magis ratione siccitatis quam
humiditatis vel sicci quam humidi sicut sapor magis
sequitur id in mixto ratione humidi quam sicci
et propter hoc provenit quod aqua mea est magis
disposita susceptioni odoris et aer magis
apta susceptioni saporis et forte non est
inconveniens quod in eadem re sit una pars magis
disposita sapori et secundum unam sit res bene
saporosa et secundum aliam sit res bene odorifera.
Sicut enim in eadem re possunt esse diverse partes
quarum una aptior est ad odorandum et
alia ad saporandum et secundum unam illarum im-
mutabitur sensus gustus et secundum aliam
odoratus. Et quia sapor magis immutatur
rem in corpore intrans quam odor ideo sapor
magis fundatur in humido quam odor. Forte
tamen quod fundamentum odoris est plus humidum

quam siccum licet sit minus humidum etiam per hoc
quod fundamentum et materia saporis. Unde ergo
Aristoteles dixit quod odor est sicci intelligitur quod
minus humidi quam sapor. Et sicut calidum
celeste et elementare sunt causa saporis per modum
et per viam cuiusdam digestionis et permixtionis per
miscendo siccum cum humido sic etiam sunt causa
odoris permiscendo humidum cum sicco. Homo autem
odoratum habet etiam speciebus imperfectiorem propter cerebri
magnitudinem. Habet enim homo cerebrum valde magnum
quod est frigidum et humidum. Organum autem odoratus
est sicut natum prope cerebrum scilicet prope partem ante-
riorem cerebri et quia odor est sicci sicut
sapor humidi ideo non perfecte possunt cognosci
odores vel odorabilia sicut sapores. Cuius hoc
quod homo etiam animalibus habet caput magis et humidius
et frigidius. Tigrides seu vultures habent cere-
brum valde siccum et parvum ideo habent odoratum
valde bonum et intensum et propter hoc concluditur
ultimo quod de odoribus imperfectiorem habemus notitiam
quam de aliis sensibus. Non sensu de facto de sensi-
bilia eius sensus. Sicut ergo habemus imperfectiorem odo-
ratum sic etiam habemus de odoribus imperfectiorem
notitiam ideo de diversitate odorum et de eorum
effectibus et operationibus in corporibus nostris declarant
ducentes in comparatione et ordine ad saporem
et adhuc intendit quod sed quarto ponit odores
comprehendere cum sicut sapores vel sicut saporis
impressio ut acutum movet compositum gustus
et odoratus secundum unam consuetudinem. Sicut intelligitur
de rebus acutis et mordicativis bene acutum
per odorem potest cognosci. Licet melius et perfectius
secundum saporem quia acutum mutando gustum et
tactum inficit sicut etiam mutando odoratum.
Et sicut sunt quidam sapores calidi quod sunt fri-
gida etiam et odores sunt tamen plus comparat-
tales ad odoris perceptionem quam ad saporis perceptionem
unde plura odorabilia melius odorantur
in calefactis et in corporibus et locis calidis
quam frigidis. Illud ergo quod advenit complexionati ad
sensum odoratus est simile ei quod advenit gustui
ex eadem re. Sed hoc apparet bene sed quarto ponitur
causa. Illa res enim male et fetide et corrup-
tibiles percipiuntur per odoratum antequam tangat
eas gustus ut ibidem asserit. Odores ergo
in quibus percipitur acetositas sunt fortes et in
quibus percipitur dulcedo et unctuositas sunt
temperati et calidi et in quibus percipitur salsedo

amaritudo et acuitas declinat ad multum
calidum secundum ergo quod dictum est superius de saporibus
secundum hoc possumus loqui de odoribus | Unde redo-
lentia ut plurimum sunt calida sicut muscus
ambra amomum crocus cinamomum et similia | Et pa-
uca sunt frigida sicut rosa cafora sandali
possibile est ergo boni odoris rem esse calidam
et frigidam tamen communiter sapor odoriferus et cordialis
sudatur in se to proportionato tam cerebro et
tam proportionato cordi sicut enim odor fetidus
est de maxime resolventibus spiritum vitalem et
animalem sic econtrario bonus odor est de maxime re-
parantibus et confortativis spiritum utrumque enim
multum subito conforta(n)tur bonis odoribus
et citius quam bonis saporibus | Et sic citius
debilitantur ex odoribus fetidis quam ex saporibus
| Et quia communiter odorabilia ut plurimum sunt
calida et capitis dolorem inducentia et hoc
breve sentit ipse in libro afforismorum cuilibet
eduat ex odoribus calefactivis et ad multa
utilis foret nisi capitis dolorem induceret
communiter autem alterata magis dolorem inducunt
cum multiplicatur tamen de vapore resoluto ab
eis qui vapor permiscetur cum aere et ad
cerebrum attingit et cerebrum alterat et replet
et talia mala quo et contrariis solo que sunt
cause doloris | Cum autem odor sit multiplicatur
cum speciali evaporatione aeri permixta cognosse
scribit G(alienus) 4o sermonis | Sola vero odoriferatis
non est nisi ex vapore qui generatur vapor
enim resolvitur et cum aere permiscetur et attingit
ipsum cerebrum cum aere communiter igitur odorifera
si in suo magis quantitate magis inducunt dolorem
capitis tamen primo modo pervenit ad cerebrum rea-
liter non solum intentionaliter et cerebrum magis
ledunt sed cum communiter odorabilia non perve-
niunt ad cerebrum nisi spiritualiter et intentionaliter
non sic capitis dolorem inducunt | Cum ergo
multiplicatur realiter tunc plus nocet et
plus conferunt | Cum autem multiplicatur odor
gaudium solum intentionaliter tunc minus nocet
et minus confert | Supradictum autem videmus
in dictis dicta | Si videtur quod odor multi-
plicetur in medio modo reali et sic
quod pervenit ad organum modo reali | Unde
allegat se de anima velle in mari
simile quod odor non sit in re odorabili
sed in aqua vel in aere sapor autem in re
saporabili | Et hanc dictam potest mit-

dorem et saporem contra odor quod intentionaliter perve-
nit ad cerebrum et ad medium modo reali
quare ante corporem non crederemus esse verum
et eam probat se de anima contra nam
tigrides agrigentinis miliaribus venerunt
ad cadavera illius enim vapor resolutus
potuisset ad tantam distantiam pervenisse
et perspicue quare non videmus communiter odorabili
diminutionem | Ad hoc autem dicit Gilbertus non est verum vin-
cere mutuo sit | Tamen possibile quod aliquid odorabile
in fumum et vaporem generatur et ad cerebrum
realiter attingitur possibile est autem quod multiplicetur
intentionaliter in medio sed aer realiter tunc
per intentionali ad cerebrum attingit Et ideo
tanto dicebat allegat quod odor non est
in re odorabili tamen aer cum ipse diminuitur odo-
ratum et in medio et non vero odorabilis
sed non sit de saporem contrarius enim non fit per
medium separatum sed odoratio quod intentionaliter fit
per medium separatum | Odor ergo est in re odorabili
solum in potentia sed in aere attracto secundum actum
nam aer attractus in medio secundum actum causat
operationem contra intentionem allegati et aliud quod
odor est in medio et non in re odorabili
et quod ipsius et rei intentio sunt veritatem rei a
qua deciditur et vero aqua deciditur est capitis
repletiva et dolorem capitis inductiva ipsius
autem simul cum aere dolorem capitis causant
alterando et replendo ipsius enim et intentio rei
restabilis inducunt restrictionem et ipsius rei calide
inducit caliditatem et rei doloris factive
facit dolorem sic non obstante quod odor solum
intentionaliter attingat cerebrum facit tamen
et facit potius realem diminutionem et non
solum spiritualem sed ex realem sic suo modo
ymaginorum inpressio | Odor autem fetidus
sive spiritualiter sive intentionaliter multiplicetur
ad cerebrum et ad cor sive realiter pessima
facit accidentia in corpore et in cerebro nam
communiter fetidus odor attestatur putrefactioni
sicut vult G(alienus) primo de crisi | Et communiter odor
attestatur corruptionem caloris naturalis et communiter conti-
nuus et augmentum caloris non naturalis ideo talis
odor maxime resolvit spiritum et vite contrariatur

Capitulum undecimum de coloribus etc.

Unde sicut sapor et odor sunt qualitates
secunde generate ex actione qualitatum primarum
vel corporis celesti calido et elementi cooperante
ut superius dictum est sic et color est

vna qualitas secunda de 3a specie qualitatis tanta ex determinata proportione dyaphoneitatis et opacitatis et luminis celestis et elementaris sicud ergo ex certa mixtione quatuor primarum qualitatum causatur sapor et odor sic ex commixtione dyaphoneitatis elementaris et opacitatis elementaris et luminis causatur color et quia tamen commixtio dyaphani et opaci luminis non est sine commixtione primarum qualitatum ideo color merito potest dici secunda qualitas licet sapor et odor magis consequantur mixtum ex quatuor elementis ratione primarum qualitatum quam color nam color magis consequitur mixtum ratione dyaphoneitatis et opacitatis et luminis quam ratione primarum qualitatum etc. Ex hoc patet quod color non est nisi in mixto vel composito ex quatuor elementis In corporibus enim simplicibus non est dyaphanum et opacum nam terra sola videtur esse opaca et alia tria elementa sunt dyaphana quamvis tamen opaca et nisi lumen interveniat quod est actus et perfectio dyaphani non causaretur. Ex hoc ergo accipientibus secundum dicta sic diffinitur color est extremitas perspicui terminati per opacum et intelligatur diffinitio. Color est extremitas .i. qualitas secunda generata ex opaco dyaphano opaci et luminis non ergo per extremitatem intelligi superficies que est de genere quantitatis nam tamen superficies non dicitur decolorata sicut colorata dicitur hoc est hic et coloratur enim licet ergo per extremitatem intelligo qualitatem secundam que est in superficie nam primum est superficiei primo loco colorari et hic est verum de superficie corporis mixti. Superficies enim corporum simplicium non sunt colorate. Et si alicubi sit dictum quod omne corpus est coloratum hoc est accipiendo colorem valde large scilicet pro lumine recepto in ipso corpore. Omnia enim corpora possunt informari lumine nam videmus terre superficiem illuminari aqua eciam et ignis et aer lumine informantur et sic corpora corpora celestia si ergo per colorem volumus dyaphanum vel opacum illuminatum vel lumine informatum in illo corpore intelligere sic omne corpus est coloratum et prout modo non est verum differens a lumine et dyaphano et opaco quibus causatur ex certa determinata proportione. Et hoc patet quod color est extremitas. Et additur in diffinitione perspicui Et perspicuum intelligo dyaphanum illuminatum Et additur determinati per opacum et per vesitum et non dyaphanum. In corpore enim

mixto ex quatuor elementis de genere sibi opposito ymaginandum est primo oppositum ex quatuor elementis secundo corpus de genere quantitatis quod est tamen corporum seu profunditatis luminis et opacitatis. Primum est oppositio dyaphaneitatis luminis et opacitatis terre tercium quod quartum est secunda que secundum tamen oppositorum et eciam extremitas perspicui sit tamen. Et sicut corpus de genere sibi est prius natura de genere quantitatis sic oppositio perspicui determinati est prius qualitate secunda que est color. Et dicitur perspicuo terminato tamen autem opposito ex perspicuitate et opacitate disponitur ad hoc quod totum recipiat in superficie. Et licet in tota profunditate corporis sit oppositio perspicui cum opaco tamen non est ibi color quia ibi non est extremitas perspicui nec est superficies que terminat visibile corpus. Unde secundum similitudinem extremitas perspicui que est in potentia ad actum reducitur et sic superficies que est extremum et terminus profunditatis in ipso est in potentia reducitur ad actum et sic color in actu sic ergo patet quid est color per se et eciam quomodo differt a lumine et quomodo color est qualitas secunda. Ex dictis eciam sufficienter patet quomodo colores albi differunt et qui sunt colores extremi et qui medii sunt enim alia et alia proportiones dyaphani et opaci et luminis est alius et alius color. In quibusdam enim coloribus est multum de opaco et in quibusdam medium invenitur in quibusdam multum de dyaphano In nigro enim colore est multum de opaco et parum de dyaphano et lumine. In albo autem colore est econverso multum de dyaphano et parum de opaco et plus de lumine quam in nigro. Et color rubeus est quasi medius. Et similiter alii medii inter nigrum et rubeum et alii sunt inter album et rubeum quanto igitur color est propinquior albo tanto plus de dyaphano et lumine et quanto longinquior tanto minus habet de dyaphano et lumine et plus de opaco. Et ex hoc patet quod color albus et niger sunt colores extremi quorum causa sunt dicte. Et est notandum quod licet lumen opacum et dyaphanum concurrant ad generationem coloris tamen lumen formalius et principalius et nobilius non concurrit quam dyaphanum et opacum. Nichil enim concurrit ad generationem quod sit per se visibile nisi lumen. Dyaphanum vero autem opacum non est per se visibile. Cum ergo color sit per se

visibilibus id principaliter convenit ad colorem quod est
per se visibile. Item dicit aliquis quod color
non est visibilis nisi ratione lucis. Dicendum quod color
inquantum visibilis dependet a lumine. Nunc Thor-
temite non credimus esse verum, nam in lumine non
est contrarietas neque differentia secundum speciem, sed in colore qui
est visibilis est contrarietas et differentia secundum speciem,
et color secundum suam naturam est visibilis et est
una qualitas distincta a lumine, nam lumen
est actus dyafani absolute, sed color non est
actus dyafani sed perspicui terminati per partes
lumen autem non est actus perspicui nisi dyafani
et perspicuum terminatum et sequitur quod lumen
est actus lucis quod est diffusio. Tempus lumen
est actus dyafani quod ad eius profundita-
tem, sed color est actus perspicui terminati quod
ad superficiem terminantem. Unde color est solum
in superficie, sed lumen est in profunditate. Dicendum unde
patet quod lumen dicitur ad colorem licet lumen principaliter
et perfectius immutet visum quam color, licet
esse quod per sui obiectum visus proximitate committatur
ut ambitus aliquid quod confusius lumine et
colore est per sui obiectum visus proximitate committatur
et visibile nova. Color enim est visibile
valde imperfectum quia in eo est lumen commisse
ligatum et oppressum et ideo colores non possunt videri
nisi super eos cadat lumen. Color enim in obscuro
videri non potest et ideo color est visibile imperfectum.
Lumen autem disponit ad colores ad hoc ut
videatur et disponit medium ad hoc ut recipiat
speciem coloris licet dyafanum non illuminatum possit
speciem coloris recipere aliquo modo, color autem non
illuminatus speciem suam multiplicare non potest et
non potest videri. Videmus autem quod in obscuro
existens videt in claro et non e converso medium ex
illuminatum ad hoc ut speciem coloris ad organum
multiplicet dyafanum quod non illuminatum potest
recipere speciem, sed color non illuminatus non potest ibi
videri et per consequens neque speciem suam potest causare.
Dicendum patet quod color est visibilis imperfecte et lumen
perfecte. Unde lumen proprius et perfectius dicitur
de lumine quam de colore. Colores enim communi magis
sunt visui delectabiles quam medii. Album
autem nocet visui spiritum disgregando. Et nigrum
nocet visui nimis congregando. Nocumentum autem
albedinis est velocius nocumento nigredinis.
Unum quod autem nocumentum est propinquius resolutionis
ad propinquitatem extinctionis et suffocationis. In urina
autem corporibus color albus attestatur frigiditati

propter dominium aque dyafani sequitur quia enim est frigida
primo niger autem color attestatur adustioni
in nobis propter dominium caloris siccitati in illa per viam
digestionis generati. Color autem lividus attestatur
frigiditati non per viam adustionis attestatur enim
mortificationem naturali. Sed color citrinus attestatur colori
citrine adustionis. Color autem rubeus clarus
attestatur dominio sanguinis coloris colerici naturalis.
Color autem rubeus attestatur dominio sanguinis
Sed color medius attestatur temperato. Color enim
corporum exteriorum sive dominium ante exteriora nisi
in profunditate corporis accidebant. Et hoc bene
asserit B primo afforismorum. Et ibi elucidatur quod dicitur
Sed 1a quomodo in mente dicta sit. Cognitio autem
colorum et medicinarum est valde debilis et
imperfecta ut asserit G. Quanto similia et similis in
aut frigidiores quanto frigidiores tanto albiores, rosa
enim alba frigidior est rubea. Communiter et
tamen rubee quanto rubicundiores tanto cali-
diores et acriores tanto calidiores et e converso
quanto magis rubee tanto magis calide. Albedo
in materia humida et congelata quanto perfectior
maiorem ut in nive. Unde quanto nix est
albior tanto frigidior. Albedo autem in materia
decincata et adusta arguit caliditatem et quanto
est maior calor est maior albedo ut
patet in cineribus quanto enim cineres sunt albiores
tanto sunt calidiores. Et sic etiam calx quanto
albiores tanto calidiores. Dicendum patet quod aliquibus
albedo est causa caloris et aliquibus frigoris. Patet
frigiditas in humida materia dealbat et calor
in sicca materia dealbat et eius caliditas
denigrat materiam humidam sicut patet de carbo-
ne generato ex ligno ab igne. Et frigiditas
denigrat materiam siccam. Unde videmus cineres
denigrari in aere frigido, carbones siccos
videmus dealbari a calido et in cinerem
converti. Albedo quod in re humida et congela-
ta arguit maiorem frigiditatem et albedo in re
deincata et sicca arguit perfectiorem caliditatem.
Nigredo autem in re humida arguit maiorem
caliditatem ut carbo nigrior est calidior et in
re sicca maior nigredo arguit maiorem frigiditatem.
Multi enim sunt lapides sicut nigri qui
sunt frigidi et quanto nigriores tanto frigidiores.
Per illud autem quod dictum est de albo et nigro
satis intelligere possumus quod de coloribus
sit iudicandum. Ex dictis quod satis patet quod co-
lores non sunt generantur ex commixtione perspicui

ad oppositum sed esset quando calido sicco et
humido et sicco siquidem calidum denigrat humidum
et dealbat siccum et frigidum dealbat humidum
et denigrat siccum secundum Galienum. Patet quod albedo est
intensius signum caliditatis et perfectior albedo perfectioris
frigiditatis. Et nigredo intensius est signum frigiditatis et
perfectior nigredo perfectioris frigiditatis. Et intensius est
signum caliditatis et perfectior nigredo perfectioris calo-
ris. Et sicut dictum est de coloribus extremis sic
suo modo dictum est de coloribus mediis. Unde
colores albedo propinqui in materia humida ar-
guunt frigiditatem et in materia intricata et sicca
arguunt caliditatem. Et potius est de coloribus propin-
quis nigro. Est autem diligenter notandum quod aliquando
contingit quod res sicca est nigra et non frigida
sed calida. Et esset intensius contingit quod res humida
est alba et non frigida sed calida quod potest sufficienter
declarari. Nam si cum libra lactis permisceatur
duo aurei euforbii nullus dubitat quin totum
compositum erit album et tamen calidum adminus
et possibile est quod sit aliquod compositum naturale quod sit
album adminus et satis humidum et tamen erit
calidum valde sed si materia sit humida et congela-
ta sicut patet in grandine tunc albedo attestatur
frigiditati et hoc de communi. Tamen autem compositum ex
lacte et euforbio sit album non est nisi ratione
lactis et quod calidum est ratione euforbii. Tamen in
quo ad visum vincit albedo lactis et quo ad
calefacere vincit euforbium. Sic esset possibile
esse in compositis naturalibus que non sunt perfecte homo-
genea sed composita ex diversis partibus quarum una
mediante colore album et alia mediante colore
nigrum et possibile est quod in primo composito vincat
albedo quo ad immutationem visus et tamen vincit
caliditas in illo composito ratione partis que non
mediante colore album obstante forte quod
compositum sit humidum. In talibus ergo compositis
naturalibus et artificialibus non oportet arguere
ex colore albo frigiditatem neque ex maiori albe-
dine maiorem caliditatem vel frigiditatem sine humiditate
albedo sit in materia humida sive densa.
Et sicut dictum est de albo sic intelligatur
de nigro. Et hoc contingit in huiusmodi compositis
naturalibus et artificialibus propter proprium [illegible]
propter quas unum potest esse album et albius
et aliud calidum et calidius. Et per similem modum
possunt contingere quod piper esset calidum et album
et sit nigrum et calidum. Et tamen quod aliquid est
amarum et frigidum et quod acutum est frigidum

et acutum. Tamen autem aliquod naturale compositum sit
calidum plus et in eo sapor frigidus dominetur non
sit est tamen inconveniens sicut quod aliquod frigidum
et in eo sapor velocioris et maioris sit
impressionis quod frigidi non est ergo impossibile quod aliquid
sit frigidum et in eo sapor calidus percipiatur.
Et quod aliquid sit calidum et in eo percipiatur
sapor frigidus antiqua caliditas sit apparentius est
impossibile propter causam dictam. Et sicut dictum
est de saporibus ita esset de odoribus. Et hoc
enim odor amarus qui attestatur caliditati potest
in rebus calidis frigidis inveniri. Si enim essent
totaliter homogenea et mixta non esset compositio
sed sic forte non esset possibile sed propter heterogeneitatem
partium per quarum una est odorifera et per
aliam frigidum et forsan odore privatum hoc
bene est possibile. Et quia res saporosa oportet
gustum secundum omnes eius partes perfectius quam
odor odoratum et color visum propterea ar-
gumentum competens ex sapore perfectius et minus
fallax est argumento ex colore et odore. Ergo
est propinquius. Et esset argumentum ex odore quia
est propinquius et similibus argumentum saporis quia
argumentum ex colore perfectius indicat. Et quia
immutationes facte circa gustum sunt simpliciter immuta-
tionibus quas res administrate faciunt in
reliquis ut apparet. Sed quanto [illegible] argumentum ex
sapore est propinquius et similibus valde argumento
sumpto ab operationibus. Sed autem argumentum est perfec-
tissimum scilicet ab operationibus et effectu et hec
est via experientie. Hec autem experientia sem-
per fienda in corpore humano. Napellus enim est
venenum homini et tamen turdo. Sed esset medicina
quam volumus experiri esse spoliata omni qualitate
extranea et actuali. Item debet esse intemerata
neque corrupta. Item debet esse experimentum fieri in
quibuscumque corpore humano sed in corpore temperato
in ordine ad ipsum simpliciter est possibile. Est enim
sicut canon et regula eorum que in medicina
dicuntur. Sic esset experimentum ubi est contrarietas in
morbum et causa non debet fieri forte enim proderit
ratione cause et nocebit ratione morbi vel econverso.
Tempus non fiat sed experimentum ubi est contrarietas
inter morbum et morbum forte enim nocebit
ratione unius et proderit ratione alterius. Secundum
est quod hanc experientiam fieri in morbo simplici
et uniformi. Tempus in hac experientia con-
siderandum est quod actio sit continua quod in primo
faciat unam actionem et sine alia et non

dicendo tyriaca vz quod venenum ab intra et ab extra

abortive non consuevit et ideo est elongata
per duos menses aptum et quod lac positum
super ungues non fluit nimis nec
descendit. Tempore cadit electio in lacte
ratione temporum lac enim vernale circa principium est
valde humidum et subtile et in autumpno et
in yeme est valde siccum [illegible] sit aptum
valde longinquum et pascua sunt magis
bona lac ergo eligibilius est circa finem
veris et initium estatis. Et quidam dicunt quod
circa medium estatis scilicet a medio maii usque
ad medium Junii et id secundum veritatem est finis
veris hoc enim tempore pascua sunt media
inter humidum et siccum grossum subtile durum
molle. In principio autem veris sunt nimis humi-
da et subtilia et mollia. et transacto
medio Junii sunt duriora quam expediat
et in temporibus mediis medio modo. lac animalis
melioris pasture est melius quam animalia
pascentia meliores herbas generant lac
melioris nutrimenti generant ex meliori sanguine
quia lac non est nisi sanguis bis decoctus et
quia capre pascuntur communiter meliora pascua
ideo eorum lac aliis eligibilius. lac quod est
longe ab eius emulsione est valde malum
quia cito alteratur et corrumpitur et acetosatur
et sit difficilis digestionis et mali nutrimenti
generans sitim et generat colicam passionem
et facit eructuationem acetosam. Eligatur
ergo lac propinquum emulsioni et si sugatur
a mamillis melius est lac debet esse

coloris albi subtile tendens ad mediocritatem
privatum non sapore dulci non pura dulcedine
privatum est omni malo odore. Pro supposita
eadem quantitate lactis illud lac quod est ponderosius
est minus aquosum et magis butirosum et
caseatum. Et id in quo est plus est pinguius
si igitur in eo sit plus butiri et aquositatis
erit subtilius ratione aquositatis et pinguius
ratione unctuositatis. Illud est in quo est
plus caseitatis et aquositatis et minus butiro-
sitatis erit macrius et subtilius. Et id in
quo est plus caseitatis et minus aquositatis est
grossius et pinguius est ponderosius. Verbi gratia
supposita eadem mensura lactis ovini et
vaccini lac vaccinum est ponderosius et ideo
est plus butiri et caseitatis quam in ovino
igitur tale lac est magis grossum et magis
pingue. In lacte enim ovino est plus aque
quam in vaccino et plus casei et minus
butiri igitur id lac remanet subtilius et minus
pinguius. Et id separata aquositate a butiro
quod lacte remanet de vaccino lacte est
pinguius eo quod remanet de lacte ovino licet
in grossitie et subtilitate pauca sit diversitas.
Et sicud dictum de lacte vaccino et ovino
quorum ad certam grossitiem subtilitatem pin-
guedinem et macredinem sic dic de lacte aliorum
animalium. Id enim lac quod habet plus aquositatis
et minus casei et butiri est subtilius et econtra.
Sic lac quod habet plus aque et butiri quam [illegible]
est subtilius et pinguius, et id quod habet plus
aque et casei et minus butiri qpd° est
subtilius et macrius id est [illegible]. Illud autem lac
in quo illa sunt proportionata sunt magis
proportionis ... est eligibilius in via boni
nutrimenti, licet lac pinguius et grossius sit
maioris nutrimenti, eius tamen nutrimentum non est
ita laudabile et est difficilis digestionis lac
per diu malum quia in eo est plus caseitatis
quam debet et minus butirositatis. Unde
in lacte vaccino est minus aquositatis quam
debet. In ovino plus caseitatis camelinum
plus aquositatis. In lacte mulieris omnia
sunt bene proportionata similiter autem proportionata
in se et in respectu ad corpus nostrum soli deo
et nature conditori sunt cognite. Capitulum

De lactis proprietatibus et operationibus

Lac bonum est facilis digestionis et
multi nutrimenti et boni et paucarum
superfluitatum. Lac quod declinat
ad frigiditatem et humiditatem humores temperat sanguinem
multum et boni nutrimenti et corpus confortat
et sordes abluit. Habet enim bonas proprietates
in ventre non corpus nutrit quedam non similiter
comprehenduntur. Unde corpus macrum impinguat
quia contrahit malum humorem multum nutrit
spermata multiplicat et ad coitum incitat. Lac
in stomacho frigido et flatuoso convertitur in acetositatem.
In stomacho autem tradi et colerico convertitur in fumositatem
proprium lac nutrit dulcia [illegible] propter quod
acetosatur non convertitur in amaritudinem tamen
sicut est de melle quia lac non est perfecte dul-
cedinis et declinat ad frigiditatem et humiditatem
secundum suam actualem et formalem complexionem
tamen inter amaritatem et medium
acetosatur. Lac nocet quibus nervos debiles
et frigidos ratione frigiditatis et humiditatis, et quibus
sunt debilia capita et quibus tenebro-
sitatem et caliginem oculorum quia est fumosum.
Item nocet quibus qui pati sunt iliace passioni
quia lac est inflativum et rugitum facit
sub dyafragmate. Et nimium facit capitis
dolorem. Lac etiam est ventris lenitivum et quibus
in colera id nocet quibus fluxum ventris
colericum et est convertibile in acetositatem et nocet
quibus fluxum flatuum. In lacte est abstersio
et mundificatio ratione seri et digestio et
maturatio ratione butiri et consolidatio
et constrictio ratione casei et bona nutritio
et virtutis confortatio ratione totius. Alteratio
ratione tradi et siti diffusio ratione complexionis
et pluribus lesionibus medetur ab hoc. Autem
et pruritus ratione sue substantie et proportionis
naturalis ratione sue substantie viscose et adherentis
inter ponit se inter membra et humores
ledentes et prohibet membri lesionem
ab humore mordicante et corrodente.
Lac autem aquosum butirum est contractum de
vale (?) cum pulmonis et fluxum ventris colericum
et sic lac acetosum est tinnitum stomacho et dif-
ficilis digestionis et mali nutrimenti. Quibus
autem stomachum tradi colericum prohibere via
meant. Lac in quo extinguitur ferrum ut
eius aquositas consumatur in fluxu dicitur
convenire et lenit asperitatem pectoris et pulmonis
et competit et in tussi sicca et mundificat
materias contentas in pectore et pulmone aquositatis
et eas maturat ratione butirositatis. Quare
et cr fractos gargarizatur et bibitur lac

nos sto tmg9 vtus e debilis et spat di-
gna nedum tarda in sto et fugitiu facit
et in acetositatez gustu vel in fumositatez Et
infirma lac e g'ib pulor et stori plus
qm sto et capiti Simpl9 lac grossu ut vac-
ce vel ouiu e opilatiu et gnat lapide
in renibg. lac aut subtile et multu serosu
ut lac camelarum nouit fetarum et asinarum
e venarum aptiu 2e valz d ydropisi et
splenetica passione Simpl9 vz d. vlceribg
pectoris et pulmonis et intestinorum et renu
et vesice abstergendo mudificando et consolida-
do et lenitiu equando digerendo na
rone aquositatis mudificat digit rone
caseitatis consolidat et constringit et rone sue
gois altat malam dyscrasiam et rone
sue sbe adequitat pectibz membrorum lesione
et humoribg putridis et acutis In oibg
igr membris in quibg e qu mala carda
et sicca et ma morditiua. lactis applicato
e conus sicud etia applicatio albumis oui
et in membris in quibg e fetures et
indigentia abstersionis et equalis digestionis
et alterationis In vlceribg aut calidis
sicis mg competit qm in ca d nedum humigi
vlcera sicca et antiqua indiget abstersio
fortioribg et calidioribg In talibg go
vlceribg sic no laudo lac nisi primi
scera cu melle fortius mudificat et ab
stergit quam sine melle altat lenit
et humectat et nutrit quam cu melle

Ca[m] 7tio de usu lactis et cautionibus

In comestione cuius in tres nota
lactis multe consideraciones sut Quedam
prima qd no sit sumatur cu aliis cibis
qd no comedatur post alios cibos sed ante
2o qd habentes stomi inmundu et plenu mal
humoribg nullo modo comedat quia talibus co
uti in acetositatez et fumositatez vel corrumpi
et d malos humores conuertitur 3o qd post lactis
sumptionem no dormiat 4o qd post sumptionem lactis
no moueat sed quiescat se dormiendo 6o
qd cito copiatur et primat respirat paucam
quantitatez si nocuit et nugitu faciat sed dyra
strictio qd si faciat omnino dimittatur Sin
aut 2o maior quantitas capiatur qd si bene
digerat vel rugitu vel inflatoz faciat
addatur 3o in quantitate ipius 2e procedendo p
apprimacionem per capi de lacte usqz ad

lib. e vel plus vel minus sm discretionem
medici Ite lac vaccinum et ouinum plus
facit ad robur corporis et augmentu virtutis
Et lac asinarum plus quod ad conservatiorz sanitatis
Et lac caprarum medio modo habentes aut
stom debile frigidum et debilem nullo modo comedat
lac nam in corpore stomi statim casseatur
lac aut subtilis talibg mig e nocium
Et qz lac grossum et aptu ut in sto ca
seatur bonum e qd sumatur cu zucaro albo vel
vel melle et pauco sale Ite cum prohibet
lactis casseatoz lac e quecientissimum nouit
natis nam tr mape simile nutrimento fetus
in utero matris nam in utero nutriebatur
ex sanguine menstruo digesto et in uberibus dealbato
et gustui dulci effectus Simpl9 membra
nouit natorum sut humida io corpus nutrimento
dz ee humidus etiam cum debet esse resta-
uratia qualia sunt deperdita Simplis
nouit nati grossa cibaria mandu[care] no
pnt 2e oz eos lacte fouere fore grectos
et mel liqda et humida maiore humidi-
tate carnibg infantium proportionaz Nam cito
nouit nato oblata fuit diversa nutrimenta
et nat omnia elegit lac ut conuenientius nutrimento
Et postea perfecti quorum membra sut dura
et sut sicca in quibg intendit robur corporis
et augmento virtutis lac no e ita conueniens nutrimento
sicud cibaria grossa vel fortiora perfecti grossi-
oribg et fortioribg alimentis indiget Et
quanto etas e propinquior infantie tanto via nutriti
lac e congruus et quanto consideratio via tibi lac
senibg e magis contrariu eo qd eorum membra
sut duriora et sicciora lac via mente qz
sit quibus qz lac prima remouet et humectat
Senes aut sut sicci et sunt primo sepissime
propter fla salsa de iuuenibg aut quibg
sola dua dubitatur qd no competat de talibus
ming statutibg puo at scerius exhibeo ut
mudificetur hui salsi et adusti qui consue-
uerut multiplicari in constantibg In exhibitione
lactis infantibg considera qd lac no sit
nimis calidum et acutu qz lac quando est contra
acuitas propter quas infantium ora sepius
vlcerantur io bonum e qd nutrientes no
vim forte ne comedat acria ut species
acutas et no comedat sa nisi in parva
quantitate et no comedat assata ut frixa
et similia obmittat omnia que pnt

esse cum humiditate acuitur. Tempore vero inliciti lactis post coitum nullo modo lactare debet, nam post coitum efficitur acutum mali saporis et odoris. Tempore considerata corpus in estate nec lac est conveniens sicut et maris quam pinguibus carnosis et humidis. Tempore considerata hyeme lac est conveniens tamen et sicut in frigidis et humidis nec est nocivum illis temporibus frigidis et humidis estu vero solet evenire sed tamen nec, vel corporibus colericis lac non convenit in colericis. Tempore dispositi ad estuationes febres crebri et universales vel utantur lacte scilicet ad epilepsiam apoplexiam litargiam stuporem subetum palisim tremorem spasmum de repletione. Lac autem est conveniens ut puto in spasmo de evacuatione et singultu. Tempore in lentibus visus caliginem et auditus debilem non competit lac. In lentibus etiam corporis debilitatem exsiccantibus sed si dispositi ad sincopim humorosam ex colera sicut fleubotomia vel sanguinis non competit lac et specialiter grossum ut vaccinum pecorinum. In febribus autem longis et putridis competit lac quantum ad consilium; plus enim prodest corporis nutriendo humectando et mollificando quam possit nocere in putrefactionem augendo. In febre autem longa sine putredine ut ethica lac est conveniens et specialiter lac asine nam corporis et desiccationem humectat altius et ulterius confortat. In lentibus autem ulcera pulmonis lac est conveniens valde nam mundificat et mundificat consolidat et digerit et corporis restituit. Et vero in ulceribus intestinorum clisterizatum et bibitum. Et vero in ulceribus renum et vesice lac conveniens in ulceribus renum est lac ovinum quia propter acetositatem sufficientem quam mundificat et propter caseositatem quam consolidat et propter unctuositatem quam maturat. In lacte vaccino nec est sufficiens caseositas vel etiam butirositas aut in hoc casu lac ovium commendatur. Tempore camellarum namque fetarum competit in ydropisi et splenetica passione et precipue si sumatur cum urina eiusdem cameli. Lac autem pecorinum et vaccinum similiter in hoc casu est vitandum. In fluxu colico vero lac contracto butiro sit lac acetosum, lac autem in quo ferrum est plures extinctum in omni fluxu ventris dicitur convenire. In lentibus autem stomachi calidis et inflammatis lac acetosum est conveniens non enim ipsius acetositatem contrariatur et maleciam alterat

dissipat. Lac acetosum solutivum consolidat. In obtalmia competit cum lacte acetoso. Lac est conveniens sicut album ovi. In illis autem qui sustinuerunt catarrheas et similia corrosiva lac est congruum medicina. In lepra serpigine impetigine et scabie lactis usus est conveniens valde quia reprimit humorem acutiem, eorum corporis humectat et materiam ad ustam compellit et mundificat. Et est videlicet in ... partes corporis calefaciendo et humectando per eius qualitatem in sanguinem et mitigando autem eius qualitatem in sanguine ... tota autem in talia malis et maxime est corporis humectatio. Lac autem est corporis maxime humectativum et per valentiam sue acuitatis materiam educendo. In dolore autem seri et in dolore colico et yliaco et in dolore capitis lac est similiter evitandum. In febre autem lac est semper evitandum et specialiter si sint breves et acute, patientibus calculum lac est evitandum et precipue grossum ut vaccinum et pecorinum.

Et primo de Capitulum Tertium de caseo
Casei genere et proprietate. Dicendum primo de caseo diversitate et complexione, 2o de casei electione, 3o de eius usu et applicatione. De primo sciendum quod substantia casei per se et sine sale et coagulo est frigida et humida generis. Sed in tertio namque retinens caseus ab acetositate et butirositate que fuerunt admixte substantie case- ate et in humido caseo si remaneat substantia butirosa erit utrique similiter sed non unquam tamen. Caseus autem in quo est sal ultra et coaguli est calidus et siccus sed medius mediocriter. Et si caseus est butirosus est minus siccus. Salis et coaguli gradus competit quantum lac coagulum et sal. Caseus autem diversificatur secundum lactis complexionem et secundum tempora anni et secundum vetustatem et novitatem et secundum maiorem quantitatem salis et coaguli et minorem et secundum butiri admixtionem et separationem. Caseus vero igitur melior est qui est ex meliori lacte et quod sit tempore veris et qui non est separatus a substantia butirosa et in quo est sal moderatum similiter et coagulum et eius substantia non est frangibilis nec nimis viscosa et grossa et cuius sapor est declinans ad dulcedinem et quandam in sipiditatem cum pauca dulcedine cuius substantia non est alba nec occulta et non

videt pollici cum tangitur citoque descendit
acsi humiditas aut caseus est eligendus et cibis
preponendus. Caseus autem recens et sale preparatus
multum nutrit et carnem augmentat corpus
impinguat et adustionem stomachi reprimit sed
si fuerit butirosus plus reprimit et magis
impinguat. Si tamen caseus fuerit natura non
conveniunt humiditas et est difficilis digestionis
et stomachum gravat et inde coliticam generat
et lapidem in renibus generat et venas
opilat et humiditas caseus recens facta multiplicat. Caseus vetus et salitus calidus et
siccus et mali nutrimenti et difficilis digestionis
et est natura valde apta ad lapidem generandum
et gravat et est stomacho gravatus. Paucissima
igitur quantitas talis casei est sumenda post
comestionem quia stomachum corroborat satietatem
quoque et fastidium et abhominationem que a
rebus dulcibus veniunt consueverunt tollit aufert
et deponit ab orificio stomachi usque ad fundum
et est causa bone digestionis. Si tamen caseus
via nutrimenti tollit est cuiuscumque. Caseus
autem medius inter novum et veterem est
melior quia novus est grossior et viscosior et humidior et frigidior quam expediat
et antiquus est calidior et siccior et digestioni
inobedientior. Medius autem est minus
grossus viscosus et minus siccus et humidus
quia sal subtiliat grossitiem et incidit viscositatem et separat siccitatem et humiditatem. Unde
si tamen caseus parum salis habens ad aliquid
tendens albedinem est melior quia
tibi licet mali temporis tamen non sit preparatus
sic intelligitur id omnis caseus est valde malus
tamen quantumcumque sit butirosus inter novum et
vetus et salsus et sale preparatus si quis eo
sumatur in via tibi in quantitate notabili erit
nocivus et malus et gravans stomachum difficilis digestionis opilans venas epatis et
splenis generans coliticam et preparata et
in renibus lapidem et arenas. Et si quis
si tamen caseo prima quantitas sumatur quasi
aliis cibis sapor tribuatur et delectabilius
assumatur et per consequens melius digeritur
quia enim delectabilius assumitur talis cibus melius
digeritur. Sic utique talis caseus non erit
nocivus sed utilis et bonus non enim est talis
quantitas que stomachum gravet et digestioni
impare non possit. Et quod venas opilet
et quod lapidem in renibus faciat sed cum sapor
bonus cibis tribuat et aliis cum quibus
assumitur eius malicia corrigatur. Et per istum
modum cum bono pane comedetur caseus
medius in parva quantitate ut bonus sapor
pani tribuatur et ab hominibus delectabilius
assumatur et melius panis digeritur quia si sine
pulmento assumetur. Per istum etiam modum faciunt
quod mica panis cum parvo caseo bono
delectabilius assumitur et digeritur et ipsius malicia
corrigitur. Et sic intelligitur de scrutulo complagantis
fructuum. Et sic quod vero facta cum aliis carnium
tamen usque casei per istum modum in parva quantitate
non vituperatur ut aliis cibis sapor tribuatur
tempus quod si tamen caseo bono potest recipi post
alios cibos et separat dulces et virtuosos
fastidium inducentes potest sumi parum quod si
caseo bono habente aliquid salis et ob stomachi
roboretur et cibus descendat ab orificio
stomachi usque fundum et ascensus vaporum impediatur
et ob stomachi claudatur et fastidium ciborum
dulcium et virtuosorum totaliter auferatur
immo adheant intestinis post cibum si tamen
caseus salsus antiquus in parva quantitate a sanis
pectoribus comedatur. Sed in principio comestionis
si tamen caseus nullo modo sumatur nisi forte vellemus
ventrem nimis fluxibilem constipare quia sine
dubio forma casei est stiptica aquitate immo
ta et separatur si a caseo aliquo sal immo
ducatur ipsum pluries bulliendo in aqua dulci
et deinde in pulverem redigatur et cum semine
coriandri et parvo mastice pulverisetur si misceatur
in ventris fluxibus competitur. Et est quod nos
medicinam. Caseus autem recens in quo virtus
seri remanet nunc est stipticus tamen caseus recens
ex pinguis lacte coagulato ardorem
stomachi mitigat et stomachum infrigidat et humectat
et quia difficilis digestionis stomachum gravat
ob eo ergo parva quantitas assumatur. Et si forte
aliquis si tamen caseum sumere vellet ut eius
corpus impinguaretur et eius caro augmentaretur recipi potest sed in maiori quantitate et
tunc post ipsum mel bonum assumendo ut
stomachum non gravet. Sed melius et perfectius
digeratur. Unde colis est consuetudo dare cum
lacte coagulato tyrea cum zinzibere et aniso
et similibus calidis subtiliativis et corrumpentibus
perficientibus et digestionem adiuvantibus

et stomachi confortatibus et ventositatem consumentibus

Capitulum octavum de aqua lactis que serum vocatur

Et primo de sero eius et de butiro etc.

Aqua est calida ratione nitrositatis et qualitatis
acute que reperitur in tali aqua et habet
forte quantitatem acutam que in lacte reperitur
per quam lac ulcerat carnem ut instinctum nominis
naturalis apparet quam est dicitur quod laxat ventrem
et viam inveniet tamen est potius. Sed serum de
genere totali et formali datum ab agente quod
in eius calidite reperitur est et calidum sicut
enim omnia mixta tamen indicantur. Sed de genere
materiali quod est ex elementis compositionibus tamen serum
sit aquam adiunctum est frigidum et humidum. Quod puto
esse quod de genere potentiali aliquantum quantitatis salsedinis
declinat ad frigidum et humidum respectu corporis
temperati licet post eius actualem compositionem
ad calidum et humidum se declinat. Diversificatur
esse sicut et lac ut dictum est et frigidum
hoc serum est magis vel minus calidum vel frigidum.
Serum autem minus nutrit quam caseus
aut butirum. Serum autem coleram purgat
et mollificat et humores adustos. Unde valet
scabiei et lepre et pustulis capitis et
impetigini et aliis de feda ... cutis et est cum
potus forte vini notam ampullam probatur.
Butirum dicitur de butiro quod ponitur calidum et
humidum et eius ... in humido est alteratum
quam in calido hic unum est de eius genere potentiali
nam de eius genere actuali et materiali datum
ab elementis est frigidum sicut alia mixta.
Sed per quam potius ...
facit et ... Butirum autem per se est
magis nutritivum virtuosiorum et magis
... augmentat et cum ex eo ipsius fuerit
frequentatus nocivum est ... fastidium enim facit
et ad os stomachi ascendit et stomachum debilitat
et flegma multiplicat ratione sue virtuositatis
et humiditatis et parum caliditatis assuefactum
... notum et villos stomachi lenit et
mollificat. Item ergo omnia unctuosa
butirum maxime destruit appetitum sed
multum confert tussi sicce et asperitati pectoris
et pulmonis. Et si recipiatur cum amigdalis
et zucaro est magis conveniens tussi sicce ut est
villos stomachi mollificat. In hiis autem
operationibus butirum recens est fortius
quam non recens. In butiro est ratione caliditatis
humiditatis et virtuositatis est maturativum et di-
gestivum ... pauca ... et forte in eo est

... quam ... saniei generatur acalidius
hepate humidius et vistosus et cetera. Capitulum nonum

De sanguine

Licet quod sanguis corporis
nostri inveniatur secundum quod sanguis est
nutrimentum in via sua stomachum completam digestionem
que celebratur in membris tertia digestione
tamen sanguis secundum quod est finitum intelleximus sufficiens
per tres digestiones non est bonum nec laudabilis
nutrimenti est enim difficilis digestionis et multarum
superfluitatum secundum quemcumque modum quibus enim parat
et ideo in corporibus nostris non competit via cibi.
Sanguis autem grossior est ad digerendum difficilior
et peioris nutrimenti. Sanguis autem est tenuis delicatior
melior et est in consuetudine multum comedere
cum hepate. Secundum autem est utilior sanguis por-
corum iuvenum et magnorum porcorum ca-
stratorum sed sanguis porcorum magnorum non
castratorum est malus et inde talia indelecta-
bilis in esu et multum difficilis digestionis.
Sanguis autem capriolorum iuvenum et edorum
secundum aliquos est facilis nutrimenti et esui delecta-
bilis. Secundum autem dicitur quod sanguis gallinarum
et columbarum iuvenum et pingwium non
est deterior sanguine porcorum. Sed sanguis leporum
est melior. Capitulum nonum de ovorum genere et

Sicut enim sanguis est quo diversitate
ad aquam suam propter priorem et melius
digestam et sperma viri masculi post superfluitates
... in qua ... corporibus fetus animalium quarum
spetiem ... forma nutritur et formatur
sic in volatilibus ovum est superfluitas ex qua
pullus generatur et nutritur. Unde in albumine
est virtus activa et formativa sicut in spermate
viri et vitello est virtus coagulativa susce-
ptiva et passiva sicut in sanguine menstruo. Ex
hoc igitur vitello pullus generatur passive
et nutritur sed vis passiva activa et formativa
est in albumine ovi et hic est vis si ovum fu-
erit ... generatum. In omnibus autem veteribus
... virtus activa non reperitur ... humiditate
ova sua ... ad pullos generandos et
tenendos est ... quod loquendo de calide actu-
ali formali et vitali albumine ovi est
calidius vitello sed de genere materiali et potentiali
vitellum est calidius. Et ideo est forte unum
de spermate masculi ... mulieris ...
... quod sperma est spirituosius quam ...
enim ... qui in spermate reperitur est
calidior sanguine ... et spiritu naturali ...
in eo primo videndum est de ovorum genere et
complexione 2o de eorum diversitate 3o de ...

et complete quantum de corporis elatione et corporis quieti
cum comparatione. Tertio de corporis usu in caloribus
intrinsecis et applicatione. De primo sciendum quod albumen
ovi ponitur frigidum et humidum loquendo de eius
gradu potentiali ut scilicet corpori nostro applicatum
in via cibi vel medicine. Vitellum autem ponitur
calidum et humidum. Dicitur totum ovum ponitur prope
equalitatem et est satis temperate quia declinat
ad calidum et humidum et plus ad humidum quam
ad calidum quia ex coniunctione ambobus declinat
ad humidum sed unum componentium declinat ad
calidum aliud ad frigidum. Secundo in activis remanet
temperatius quam in passivis et quia vitellum
est maius albumine et plus tendit ad calidum
quam ad frigidum. Secundo autem diversitas attendi
potest et avium diversitatem specificatam. Sunt enim
quod aves sunt altius speciei et altius nec licet
in omnibus non sit tanta diversitas sicut in
avibus. Non enim pono quod ova diversarum avium
differant specie. Ova autem gallinarum anserum
anatum fasianorum pavonum sturnorum
columbarum et perdicum avium multum differunt
in gradu et complexione et malitia et bonitate
et diversitate. Et hoc est verum in eadem specie. Nam
ova gallinarum pinguium iuvenum sunt
diversa ab ovis gallinarum antiquarum non
pinguium. Sic ova gallinarum differunt ab ovis
vetulis. Ova ex gallinis nutritis in domo
sunt diversa ab ovis que nutriuntur in campis.
Ova ex gallinis nigris sunt diversa ab hiis
que ex albis. Ova parva sunt diversa a
magnis. Et aliqua ova a novis. Et
dura a mollibus et elixata ab assatis
et frixatis et instellata a non instellatis
sicut quia fuerit cocta et tumula diversa
a sorbilibus sicut albumen a vitello. Capitulum

Consideratis autem de ovorum electione
dicitur in ipse dico quod ova avium dome-
sticarum sunt meliora quam silvestria inter
domestica. Ova gallinarum iuvenum calcatarum
a gallo iuvene non antiquo nutritarum
in terris et non in domibus que sunt parva
et novissime nata sunt etiam meliora. Et
inter elixata sunt meliora quam assata vel fri-
xa nam humidi frixa sunt combustibilia in sic-
citate et corruptione et sicut assata elixa-
ta non dura sunt maioris nutrimenti et tum
quarumdam specierum pulverum sunt eligibilia. Sic
enim parata plus nutriunt et sperma multiplicant
et ad coitum stimulant. Inter aves silve-
stres ova perdicum fasianorum et sturnorum
sunt meliora et quod sit pro iuvenibus

et que de gallina dicta sunt. Ova anatum
et anserum non sunt bona sed si bene digerantur
plus ova gallinae multum nutriunt corpus tamen nutri-
mentum in bonitate multum differt a nutrimento avium
predictarum. Ova struthionum et pavonum sunt
sunt dimittenda. Ova parvarum avium et colum-
barum non competunt via cibi quoniam enim sunt
ardentissima et sicut passerum et multum irritant
ad coitum. Vitellum melius est via cibi quam
albumen sed albumen non est nimis multum malum.
Balliata sunt meliora non balliatis et
digestibiliora. Vetusta sunt pessima quia
denudata a proprio calore naturali et iam sunt mali
saporis et corruptibilia in pessimos humores
convertibilia et quando putrescunt pessima et inimica.

Capitulum undecimum de ovorum operationibus

Unde ova sunt multas et innumerabiles
proprietates et operationes in corporibus nostris
nam dant multum nutrimentum et bonum et cito
in sanguinem convertuntur et sunt paucarum superfluitatum.
Et ova dura plus nutriunt quam mollia
Et sunt difficilioris digestionis et tardioris
nutrimenti non tamen plus nutriunt simpliciter et per se
sed quod exceduntur plus in corpore medicina convertuntur.
Sed plus nutriunt accidentaliter scilicet quia corporis
nutrimentum tardius a membris dissolvitur et
ideo cum talibus durant omnibus sine cibo diutius
stare et humidi ovi complexione faciunt ad robur
corporis et augmentum virtutis quam mollia licet
mollia plus operentur ad sanitatis custodiam.
Et corporis nutrimentum obtinet vicem nutrimenti tem-
porum. Ovorum proprietas est sanguinem generare et
maxime cordi proportionalem et cor confortant
et sua proprietate mirabili. Item a bonis omnis
est multas virium. Ova mollia sorbilia
conferunt asperitati gutturis pulmonis et pectoris
et sputo sanguinis et ulceribus pectoris
conferunt etiam tussi sicce ptisi et ethice
pleuresi et raucedini vocis et pulmonis con-
ferunt etiam cum agresta vel aceto fluxum colicum
et separant aquam durum. Ova cruda conferunt
contra ignis et aque combustionem fiat epithima
cum oleo rosaceo. Albumen ovi est tarde digestionis
et epilabis et flegma generat. Albumen ovorum
est in operationibus oculorum quoniam mordicat
plus quam lac quia albumen est frigidum et humidum
et corrosive [illegible] malitia corrigit et dissolvit
generatque alterationem etiam sue viscositatis
diutius adheret. Etiam epithima frigidum ex albumine
ovi defendit membra a corruptione
caloris inducta a sole et calore in morbo vitellus
assus epithimatus debet parum et nigrum

In vitello ovi crudo e abstersio et mundificatio
et dolorum mitigatio et ulcerum et solutionis
continuitatis presertim et ideo bonum est vitellus ovorum
crudus in clisteri febricitantium in quibus durus
dolor intestinorum et excoriatio Capitulum 12

De usu ovorum

Ova cum sint de rebus
cito mutabilibus ut lac et sperma ideo
ova non competunt in corporibus immundis et proprie
humorum stomachi sunt malis humoribus occupati
nam citissime corrumpuntur et in putredinem
vel fumositatem vel acetositatem corrumpuntur
convertuntur. Ova non debent accipi stomacho pleno
quia sunt subtilis digestionis et cicius digeruntur
et permanent in stomacho ultra debitum et corrum-
puntur et alium cibum corrumpunt non igitur
bonum est quod ova sint cum aliis cibis sumantur.
Si autem sic fiat comedantur ante alios cibos
et hoc verum de ovo sorbili et molli secus
de duro quia dura sunt difficilis digestionis
quare secundum quod possunt accipi post alios cibos
immo et unum durum scriptum non sunt sumenda
cum alios cibos nisi forsan propter constringere.
Post sorbilia non est ambulandum nec dormi-
endum sicud nec post lac nam ambo sunt facilis
digestionis si igitur post eorum sumptionem dormiatur
forte adiuvatur et si post comestionem eorum
moveatur et non quiescatur cicius descendunt antequam
aliquid digerantur et fiunt debilitates ventris
et lienterie. Ova tunc sunt passibilia et
propter suum calorem et humiditatem subtilitatem ad quam de-
clinat apta sunt in corruptionem et putredinem
putredinem permutari et precipue cum recipi-
untur in corporibus debilibus distemperatis et immundis
cum corporis ambitum ut sunt corpora qualescen-
tium. In eis enim est virtus debilitata et mala
complexio derelicta et forte aliqui humores
sunt derelicti. Sed puto quod ova tenere quasi
recentibus in febribus non sunt contraria nam dura
in talibus digeri non valent et mollia et
sorbilia in putredinem faciliter convertuntur
propter maliciam caloris et virtutis debilitatem et corporis
immundiciam. Et si ova ponis ova quasi
recentibus exhibere volueris alterentur cum
agresta et vino granatorum et aceto et
similibus eorum corruptionem prohibentibus
et propter eadem ratione puto ova in illis fe-
bre nisi sint alterata modo dicto parcius
dande in se cum humorum replecione non compe-
tunt ova quia corpus replent et calefaciunt
pinguioribus et carnosis ova non sunt conferenda

sed macilentis sunt magis contraria. Ova quando
sunt frixa quam cocta sunt calidiora quia humidus elementibus
vertuntur quia frixa et sicca sunt. Et opposito contrario
decocte frigidiora sunt sed in medio de duris quia
in sensibus intus digerita est debilis. In corporibus
tenui humorum cordis stomachi et capitis sunt
magis contraria quam in calidis corporibus ut in
paralisi epilepsia apoplexia spasmo tremore
et sincopi flata et ydropisi et mala complexione
stomachi et capitis frigida. Ova sorbilia sunt convenientia
in ptisi autem et vocis raucedine tussi
sicca et sputo sanguinis ova mollia sor-
bilia sunt contraria et separatim in catarro et coriza
valent. In cordis autem debilitate ova sunt
optima quia cordialia cordis confortativa
generant enim sanguinem proporcionaliter cordi. Ova
decocta cum aceto aliquantulum dura sunt profi-
ciencia fluxui humorum ad stomachum et lienteria
ova competunt in fluxu colico et dissin-
teria. Ova autem cruda in clisteribus posita
valent in ulceribus intestinorum in pessariis
valent in ulceribus matricis. Et vitella pessi-
dum valent in ulceribus vesice. Et
in ovo crudo est abstersio et mundificatio
ratione vitelli et equalis digestio et do-
loris mitigatio ratione autem albumin est
conglutinatio et alteracio. Ova tenere et sorbi-
lia cruda si sorbeantur valent in ulceribus
renum et vesica sanguinis. In apostematibus
calidis oculorum cum mica calida mordificatur
collirium ex albumine ovorum est quoniam valde
et melius quam lac ratione sue viscositatis
et frigiditatis et dulcedine aliquam. Ex vitello ovi
cum oleo rosarum fit emplastrum in pustulis oculi
et febribus cum simili sine vitello via cibi
non competit quia est oppilativum dure digestionis
et generat humorem flatum. Item ovum
emplastrum cum oleo rosarum vel vinum et
aque fluentis combustione quia malum
altat et dolorem mitigat et ulcerorum
ventris et consolidat. Sunt autem multe
animalium similitudines ut sunt sudor urina
sperma quibus non utimur nisi ut medicina
et medicis de eis dicto. Summa 4ta
tractatus 1i de piscibus Capitulum primum de piscium

Primo dicendum de piscium complexione et
2o de eorum diversitate 3o de eorum elec-
tione 4to de piscium perfectione 5to de
piscium usu et appellatione in corporibus

modus propter primum scilicet quod pisces sunt frigidi et humi-
di quamvis sint frigidiores aliis ut aque dulcis
marini quia aqua maris ratione aque quam
inhabitant que est salsa sunt minus frigidi. Pisces
salsi assale attrahunt taliter et similiter
pisces et aliter dicitur sunt minus frigidi aliis
piscibus sicut pisces maris aque dulcis. Item alii
maris littorales, alii pelagales. Item alii
ex locis petrosis, alii ex arenosis, alii ex luto
corrupto, alii ex lutosis luto non corrupto
nec fetido alii contrario. Alii ex mari plurimum
fluctuante, alii ex mari magis quieto alii
ex mari meridionali, alii ex septentrionali alii
ex occidentali alii ex orientali alii ex aquis
dulcibus scilicet fontalibus aut fluvialibus
magnis distantibus a civitatibus et earum sor-
dibus alii ex fluviis propinquis civitatibus
et earum sordibus. Item alii ex lacubus distantibus
a mari et fluviis, alii ex aquis ad quas
venti septentrionales et orientales libere flant
et non meridionales vel occidentales. Item alii sunt
ad aquas venti occidentales et meridionales
flando perveniunt. Item alii sunt qui nutriuntur
bonis herbis et radicibus alii contrario nutriuntur.
Sunt pisces habentes spinas grossas et spinas
alii carent spinis sed habent pro lampreda
quidam habent spinas paucas et subtiles
spinas quidam sunt valde magne quantitatis
et habent squamas alii non. Item alii parvi alii
mediocres, alii habent carnem duram alii
mollem, alii fragibilem scilicet terream, alii visco-
sam et humidam. Item alii albam alii non perfecte
albam. Item alii velocis motus alii tardi. Alii
vadunt a mari ad aquas dulces alii
semper sunt in mari. Item alii vadunt de fluviis
ad mare. Item alii sunt solum in fluviis sed
vadunt raptim pisces dulcis in mari et contra.
Item in pisce sit natus in mari quantitatum
ex spinarum grossitie et paucitate. Item in sit
ex aqua dulci quantitatis ex spinarum multitudine
et subtilitate. Item diversificantur ex sapore
et colore quidam enim sunt boni saporis
suavis odoris albi coloris. Alii contrario. Diver-
sificantur ex preparatione eorum quidam enim sunt frixi
alii assati alii elixati vel instellati
alii pastillati etc. Capitulum 2m de piscium electione

Marini pisces sunt magis eligibiles
piscibus aque dulcis quia calidiores
et minus humidi et minus viscosi et sunt
sapidiores et in cibis meliores et saporosi-
ores quam fluviales. Eorum carnes enim molliuntur
et tenerantur et pinguedo et viscositas
minuitur et ideo a corporibus sunt innocentiores et
saporosiores existunt. Et propter eandem causam pella-
gales sunt meliores littoralibus et in locis
petrosis meliores sunt quam in arenosis vel lutosis
in petrosis fortior et maior est collisio propter
lapides et pisces sunt puriores carnis et
propter eandem causam littorales ex locis petrosis sunt
meliores quam in locis arenosis vel lutosis.
Et eadem ratione patet quod pisces ex mari
magis fluctuoso sunt meliores. Ex mari
septentrionali sunt meliores quam ex meridionali
et forte ex ~~orientali quam~~ orientali occidentali
quam ex orientali nam mare occidentale est nobilius
et tempestuosius. Et ex eadem ratione est quod pisces
ex fluviis magis distantibus a sordibus civitatis
sunt meliores quia motus longi fluminis facit
esse fortior et aqua est purior et pisces
in eo habent perfectius alimentum. Pisces autem lacuum
et stagnorum pessimi sunt et propter lacuum
distantium a mari et fluviis magnis sunt
propinqui in bonitate piscibus fluviorum purorum.
Item pisces habentes spinas et squamas
meliores sunt non habentibus. Item pisces
velocioris motus meliores sunt piscibus
tardi motus. Item pisces qui moventur
a mari dulcem sunt meliores eis qui moventur
in mari ceteris paribus. Item pisces mediocris
quantitatis meliores sunt piscibus magnis et
valde parvis. Item magis cuius caro est alba fria-
bilis non viscosa boni saporis et suavis
odoris ut qui perpetuo separatus est ab aquis
diucius vivit talis est electior. Item quanta
diversitate membrorum membra nobiliora sunt
eligenda sicut caude alie dorsum. Item magis
membra magis spinosa sunt minus eligibiliora
sicut ventres et umbilicus minus sunt sana.
Item intiora membra piscium sunt evitanda
licet quorundam piscium magnorum et propter maiorum
ut sunt epata [illegible] que sunt saporosa
propterquam cum elixata sunt mediantur super
pane et assentur super carbone et est
cibus satis bonus. Item alia intiora piscium sunt
evitanda semper. Item magis de cocti pisces et
elixati quidem sunt meliores frixis et assatis
et precipue si coquantur cum aqua et
aqua porcione vini et cum aliquibus speciebus

s3 forte piscis valde parvus et grossus qui appellatur
porco sed porcus marinus est melior assatus
quam elixatus etc. de salsis Lampus pisces
duri grossi et viscosi meliores sunt salsi
mediocriter quam omnino recentes Unde tenchia
est melior semisalsa quam recens Ideo quia
per eius viscositas incidit in grossicies
subtiliatur et melior efficitur nutrimento et facilius
digeritur et forte idem est verum de anguilla
que est multum cruda et viscosa Et sunt
multe de multis piscibus marinis quorum est
grossa viscosa et pinguior Lampus de piscibus
duri corporis mediocres sunt eligendi sed de pi-
scibus grossi corporis usque ad equalitatem quantitatem
sunt meliores Ex dictis autem sufficienter patet
per quos pisces marini sunt boni et qui
meliores et qui minus boni et sic de piscibus
aque dulcis predictis per conditionibus obser-
vatis pisces marini bestiales magnorum
corporum ut porcus marinus et canis marinus
et piscis delphinus et generaliter tales pisces
sunt difficilis digestionis et illaudabiles nutri-
mentum eorum non est subtilis nec media nutr-
grossum et subtile ut alba nec frangibiles
nec suavis odoris nec gustui multum delecta-
bilis etc. non multum nutrit corpus Nutrimentum
est superfluum et illaudabile et propter hoc
huiusmodi pisces sunt inbestiati et huiusmodi
pisces minus mali sunt si a quibus dictis
per oppositorum comedatur Nam per huiusmodi di-
stora carnes eorum mollescunt et tenescunt
et melius decoquuntur et facilius digeruntur et
huiusmodi pisces sunt meliores salsi mediocriter
quam recentes Pisces autem parte saliti non
competunt corporibus sanis via tibi nam parum
et male nutriunt et tarde digeruntur De
quibus autem piscibus marinis quorum notitia
pervenit ad nos temporibus quibus fuimus et studuimus
in studio parisiensi considerantur conditionibus
supradictis Pogerus est melior ceteris Caro
enim eius est alba frangibilis non viscosa
subtilis non grossa boni saporis suavis
odoris et est piscis mediocris quantitatis et
satis velocis motus et post ipsum in bonitate
est quidam piscis ei similis sed minor qui
vocatur gaumandus platia et sola satis
participant conditionibus supradictis Sic et
mellarius trubotus autem et marquallus
a bonitate predictorum deficiunt et salmo-
nes plus deficiunt sic imma adhuc
plus deficiat a predictorum bonitate adhuc
plus sepeque et rugia Est autem quidam
piscis marinus qui vocatur munsarus et
transit a mari ad aquam dulcem qui piscis
consideratis conditionibus predictis est valde bonus et pre
dictis eligendus De piscibus aque dulcis
predictis dicuntur quod consideratis conditionibus supra
enumeratis scilicet coloris albedine et subtilitate et
frangibilitate et saporis amicabilitate et odoris
suavitate et mediocri quantitate et competenti
pinguositate et aque bonitate dico quod mihi
videtur quod perca lucius tenarus primum gradum
obtinet perca enim est in francia obtinet
primum gradum et tenarus in terra lombardia
primum gradum Undecias autem et pugras sunt
boni pisces laudabiles Carpa autem et
barbellus barbellus deficiunt a bonitate predictorum
et adhuc plus torchia pisces autem minuti
capti in bonis aquis currentibus satis sunt
laudabiles sed non laudo conditiones ratione parvorum
predictorum in primo Anguilla autem dato quod
sit gustui delectabilis multum deficit a
bonitate predictorum caro enim pinguis et quia
non capitur in bonis aquis currentibus mediocriter
anguilla lampede enim magis sunt valde
periculose approximant enim nec spectant nisi
sint capti in aquis currentibus et petrosis
sunt evitande ipsius vel illorum comedentium
sunt enim ventose venenose et per eorum co-
mestione periculitati sunt multi et propter hoc
de murena quod multum similis est lampede
Caput vero et cauda et eorum spina non
sunt comedenda et in ea plus cavitate
vero huiusmodi veneni bonum est ergo quod propter eorum
grossicies et venenositatem et viscositatem huiusmodi
pisces tales primus submergantur in vino
quousque ibidem moriantur et deinde decoquantur
in aqua lasset et tunc salsa condita
comedantur Nam ego vidi tempore quo fui
cum rege francorum Pipino de viris multos
periculitari per comestionem murene quod eius
ne est eadem lampreda vere est quod prima murena
capta fuit in aqua lutosa et corrupta
Sunt autem quidam pisces marini de genere
ostradomorum ut mole et aste quorum
brodium est laxativum caro autem eorum non
multum nutritiva et venter ipsa vera et sunt
satis grossi et inter alios pisces minus

fri et humidi. Caro vero est cruda et flaccida
aliorum piscium. Item vituli autem caro
bonitatem quia quibusdam in usu est ostreas
illas comedere crudas et sunt boni saporis
et delectabiles satis. Item esca aliis pisces
eorum nutrimentum est satis laudabile de carnibus
autem est quod eadem ratio scilicet de moluscis et ostreis
nisi quod difficilius digeruntur et plus nutriunt
et non facile in stomacho corrumpuntur et cene cibaria
nitrosi quia principaliter villos stomachi ledunt
et pulverem lenire mediocriter ventrem et multum
nutriunt pisces nutriunt et eorum nutrimentum est
satis laudabile et restaurativum et precipue
grossi valde et precipue si decoquuntur non lacte

Capitulum 3m de proprietatibus et operationibus piscium

Consequenter est dicendum de proprietatibus et
operationibus piscium. Nutrimentum piscium
vituperatur a quibusdam fundatoribus. Item dicit autem
Philosophus [illegible] corum nutrimentum omnino sit malum
Galenus autem dicit nisi sane integratur non est
mihi quod alibi scriptum est quod optimus salsus
est qui generatur ex optimo pane et carnibus
volatilium et piscium qui pelagiales dicuntur.
Item hinc patet quod piscium nutrimentum non est omnino
malum sed eius nutrimentum [illegible] carnium subtilium de
sunt malum reputatum [illegible] scriptum de quadam
piste [illegible] qui tuelia nominatur quod eius
nutrimentum est bonum a [illegible] equalibus consistendo.
Tenendum igitur pro nunc quod piscium bonorum est
bonum nutrimentum satis post nutrimentum carnium.
Item omnes pisces sunt difficiles ad di-
gerendum et in stomacho longam faciunt moram
et sitim faciunt quod eciam [illegible] non est simili-
ter nisi scilicet [illegible] carnium et eciam propria supposita.
Item sani [illegible] ex piscibus flatus
et [illegible]. Item pisces [illegible] et precipue cadi
propria [illegible] et ad coitum incitant et
specialiter piscis [illegible] qui sepia
nominatur. Est enim [illegible] et augmentum efficit
in coitu. Et puto quod ad idem valeant cam-
mari fluviales et marini et similiter ostree marine.
Pisces saliti non sunt comedendi nisi [illegible] tamen
[illegible]. Dicit autem quidam pisces salsi [illegible]
qui [illegible] comedi in principio cibi ventrem enim
leniunt et virtutem corroborant et appetitum
et stomachum mundificant et [illegible] humiditates de-
siccant. Item pisces recentes in stomacho
longam facientes moram [illegible] sue visco-
sitatis [illegible] et viscositatis sitim

generant malas cum in carne adveniant
viscositates ex quibus male proveniunt egritudines.
Item [illegible] piscium salitorum utrum in ulceribus inte-
stinorum et est [illegible] de [illegible] et mundificando
et demum constringendo. Ita proprietas salis est
primo mundificare et laxare et demum susti-
pere et stringere et [illegible] sunt nocive in
ulceribus. Dicitur eciam quod aqua piscium salitorum
valet contra morsum canis rabidi et contra morsum
scorpionis et aliorum venenosorum et similiter [illegible]
piscium capita. Item pinguedo piscium et precipue
recentes [illegible] et iuncturas mollificant
et in [illegible] sunt stomacho et matrici et aliis membris
[illegible] nisi forte sit vehementer calidus. Item
piscis salitus [illegible] ea que sunt corrupti-
bilia. Item glutinum piscium prohibet sputum
sanguinis. Item omnia iura piscium leniunt
ventrem. Omnis piscis recens comestus cum
est calidus auget in coitu. Item iura piscium
[illegible] veneris bibitur et [illegible]. Capitulum

Consequenter est 4m de usu piscium
videndum de usu piscium. Non enim sunt co-
medendi post forte exercitium ut post motum labo-
riosum ut post coitum ut post balneum ne in
stomacho corrumpantur. Item habentes stomachum humidum
et malis humoribus [illegible] illa non come-
dant pisces nam cito corrumpuntur. Similiter habentes
stomachum frigidum et humidum non comedant pisces
in [illegible] frigida et etate frigida et in tempore frigido
non sunt convenientes. In colericis autem et iuvenibus
et in estate pisces sunt convenientes. In [illegible] autem
quibus [illegible] et [illegible] fit [illegible] conve-
nientur illorum est utendum. Item homines
intendentes robur corporis et augmentum [illegible]
comedant pisces marinos et non aque
dulcis nam plus virtutem augmentant et plus
nutriunt et eorum nutrimentum tardius dissolvitur.
Pisces autem aque dulcis [illegible] pinguibus magis
nutriunt et facilius digeruntur et magis faciunt
ad volumen [illegible] et ad [illegible] augmentum et
fortassis in debilibus et infirmis et febricitantibus
pisces laudabiles aque dulcis ut perca
tenca et [illegible] lucius sunt convenientiores.
Item simpliciter piscis mollis carnis [illegible] conveni-
entiores sunt. Fortibus autem robustis pisces
dure carnis sunt meliores. Ideo enim
indiget fortioribus alimentis quam sit alimentum
[illegible] piscium mollis carnis. Item pisces
marini meliores sunt [illegible] quam [illegible] et
pisces aque dulcis [illegible] nam pisces

maiorane et quedam odores silvestres cum de pos acaritio(?) induntur cum sint calidi secundum sicut unius boni saporis sicut superius dicebatur de eo calido et sicco. Piscis autem aque dulcis est quedam humiditatem ingrossativam que non permittit ut sentiatur ipsius exterius calidum sed ipsis cibis sicut offert se in manifesto gustui sicut est de aqua calido et sicco dicebatur. Item pisces illorum sunt comedendi in loco cuius rosa sit enim devenenosa(?). Conficitur autem in loco sicco cum foliis salvie mente et petrosilini porri et inter porros cum pulvere specierum. Item assatile piscium suffocatum illorum sit comedende sicut ut carnium et ultra unius eiusdem piscis sunt carnibus unius boni. Item illorum comedantur carnes et pisces simul ut pisces et lacticinia quoniam enim proveniunt ad lepram. Item considerandum est quod piscibus dicitur marinis et magnus non comedatur umbilicus oculi auricule sunt enim difficilis digestionis et sunt corruptibilia propter unctuositatem et humiditatem eorum villos stomachi inmolliunt et lubricitatem stomachi et intestinorum faciunt et cito cieunt et lienteriam causant. Item piscis sunt quidam qui vocantur alatie apud arabes et apud nos forte sunt allecia et agones qui indificant pectus et pulmonem. Item in eorum passionibus sunt exhibendi.

Capitulum 7um de salsamentis piscium

